Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31476
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

ceteri hominum: rapaces
iniusti: adulteri ve
lut etiam hic pub
licanus. Jeiunio bis
in sabbato: decima
do omnia que possideo.
Et publicanus a
longe stans nolebat
nec oculos ad celum
levare: sed percutiebat
pectus suum dicens.
Deus propitius esto mi
hi peccatori. Amen dico
vobis descendit hic
iustificatus in domu
suam ab illo. Quia
omnis qui se exaltat
humiliabitur: et qui
se humiliat exaltabi
tur. Credo. Offe
Exaltabo te domine
quia suscepisti me nec delec
tasti inimicos meos super
me domine clamavi ad te
et sanasti me. Secret.
Tibi domine sacrifi
cia dicata reddantur
que sic ad honorem
nominis tui deferendo
tribuisti: ut eadem
remedia fieri nostra
prestares. Per dominum. Con.
Honora domine de tua
substantia et de primi
tis frugum tuarum ut imple
antur horrea tua satie
tate et vino torcularia
redundabunt. Iplin.
Omnipotens domine de
uoster: ut quos di
gnatus es reparare non de
sinis sacramentis
tuis non desistas
benignus auxiliis.